

2) 7. *mirabilia mundi famosa*. Nota illa. *Primum mirabile est Capitulum rome &c.* 3) Libellus supplex seu Adlocutio Procuratoris Coenobii *Mellicensis O. S. B.* in *Austria* ad Pontificem pro impetranda Confirmatione Abbatis recens *per libere ac canonice celebratam electionem unanimes consensu nemine contradicente* constituti. A longe ingreditur Procurator adfumpto Themate: *Constituit eum dominum domus sue &c. Pf. 104.* de Regimine Ecclesiae, de Pontificis autoritate, de necessariis ei Vicariis &c. Monasterium vero compellat *a cuiuslibet inferioris Iurisdictione exemptum solique vestre sanctitati immediate subiectum.* Notis omnibus sive historicis, sive chronologicis caret, unde neque in *Anf. Schrambii Chronico Mellic.* neque in *Mart. Kropfii Bibliotheca Mellic.* quidquam opis mihi fuit.

XXII. fol. 296. *Ad Capitulum carthusiense.* Sermo prolixus in illud: *Gratia vobis et pax multiplicetur. 1. Pet. 1.* plenus opportunis documentis asceticis incipit: *Ysidorus 3. de Summo bono c. 10. dicit: Doctrina sine gratia adiuuante quamuis infundatur auribus &c.* In mox memorata *Bibliotheca Kropfii p. 178.* citatur *Nicolai de Dunkelspühl Sermo fusissimus ad Carthusiense Capitulum*, quem nostrum esse non ambigo, licet in *Codice* nostro abruptus sit. Doctores *Vienn.* illo aevo Asceteris vicinis saepe piam operam impendisse, et hic Sermo, et alii ab eodem *Nicolao ad Mellicenses* ha-

biti, et alia ab *Henrico de Hassia* ad *Canonicos Neoburgenses* scripta, atque in his *Commentariis* relata demonstrant.

XXIII. fol. 307. Opusculum *ἀδεσποτον de Confessione*, cujus initium: *Quoniam iuxta beati gregory in suo pastorali sententiam regimen animarum est ars arcium &c.* Tripartitum est, et ab it *Capita*, sed jam in P. II. c. 6. abruptum. Autorem quaeris? Est is *Joh. Nider* ex O. P. *Suevus Isniensis*, aliquamdiu membrum *Conventus et Doctor Acad. Vien.* cujus *Acta et Scripta* referuntur cum in *Biblioth. Ord. sui T. I. p. 792.* tum in *Scriptt. Univ. nostrae P. I. p. 112.* Ejus Opera prima mox prela occupaverunt, unde nostrum *Manuale Confessorum* adjacet mihi ex editione trium illorum *Germanorum*, qui *Artem Parisi* intulere, anni 1473. f.

CCXXIX.

Codex membranaceus lat. Sec. U. 1013 XI. Folior. 42. f. luculente et a prima manu pernitide scriptus, multis tamen locis ob extritas literas atramento denuo inductus, miniatis titulis, olimque, et quidem a. 1501. e *Coenobio Lambacensi*, quod in superiore *Austria O. S. B.* est, nescio quo, adcersitus continet *Coel. Sedulii Presb. Sec. V. Scriptoris Poetica sacra*, quae jam *Vol. I. P. 1. col. 413.* retuli. In *Cod.* praesenti initium est ab *Introductione* cujusdam *Grammatici: In capite uniuscuiusque libri VII perioche requirende sunt. id est*

est circumstantie. Hoc est. Quis. Quid. Cur. Quomodo. Quando. Ubi. Quibus facultatibus. Haec igitur circa *Sedulium* examinantur. Dicitur primo laicus in Italia philosophiam didicisse, docuisse in *Achaia*, ibique Opus nostrum edidisse imperatoribus minore *Theodosio filio Arcadii*, et *Valentiniano filio Constantini* (I. Constantii), addit: Sicut in catalogo illustrium reperimus quem beatus *Ieronimus* inchoavit, patetius uero discipulus eius perfecit. *Gregorianum* discipulum *Paterium* novi, *Hieronymianum* ignoro. Addit etiam: *Turcium Ruffinum Asterium* hoc Opus a morte *Sedulii* indigestum et in chartulis relictum recollegisse, adunasse et ad omnem elegantiam diuulgasse, refertque ejus *Ogdostichon*: *Sume sacer meritis* &c. quamvis mendosum, quod melius *Sirmondus* in not. ad *Epistolas Ennodii*, et deinceps alii vulgavere, ut habes apud *Leyserum* in *Hist. Poet. med. aevi* p. 72. Et jam: *Incipit apologeticus prologus sedulii rethoris. Domino meo sancto ac beatissimo patri macedonio presbitero sedulius in christo salutem. Priusquam me uenerabilis pater operis nostri de-*

Cui sanctus semper conregnat Spiritus aequus,
nobis deest, et fortasse non nisi adventitius est. Totus ceterum Textus non tantum *Glossis* interlinearibus scatet a manu *συγγεγραφοῦ*, sed etiam *Scholias* tenet non ineruditum. Ita v. g. fol. 26. ad verba L. III. Repperit esuriens lustrato stipite pomum, commen-

Denis Codd. Theol. V. II. P. I.

curso uolumine &c. ut *Bibl. PP. Lugd.* T. VI. p. 458. et alias, velut dixi *Vol. suprac.* Offert Poema suum *Macedonio*, quomodo igitur *Asterius* illud primum e chartulis relictis collegit? *Quatuor mirabilium diuinorum libellos* uocat, siue *Carmen pascale*, nulla *Vet. Testamenti* facta mentione, quomodo igitur *Isidorus* et *Honorius Augustod.* tres, *Anonymus Mellic.* duos, *Bellarminus* quinque facit? An *Prologum* hunc non legerunt? Quanquam, si ea, quae de V. T. sunt, cum *Codice* nostro *Librum I.* facias, rite *Libros V.* censueris. *Prologum* excipit *Elegia: Pascales quicumque dapes* &c. et *Prefatio Sedulii*, nempe: *Cum sua gentiles* &c. tum *Oratio sedulii uel inuocatio poete*, uidelicet: *Omnipotens eterne deus* &c. et sic deinceps singulae *Librorum* *Περίνοται* miniatis inscriptionibus distinguuntur. *Lectio* parum variat a *Bibl. PP. cit.* In *Praefat.* pro domumque tonantem rectius noster dominumque, item *athenei fetorem* pro *paedorem* habet. *Libri* ita diuiduntur, ut unus sit V. T. et quatuor *Novi*, prout in *Cod. Vol. I. suprac.* *Libri III.* *Versus ult.*

*Necque hinc Elegiae Glossae de-
lunt et schollae
principium adnotat: Iamque
tatur: Stipes est proprie truncus
arboris, de quo rami procedunt.
Hic autem stipitem pro tota arbo-
re posuit. Pomum omnes fructus
appellamus, qui molli corio tegun-
tur, sicut nuces, qui duriore te-
guntur, ut sunt nuces iuglandes et
nuces amigdalinae et nuces persicae,
que*

Z

que molliscae dicuntur. Meminit Nucleis molliscae *Plinius L. XV. c. 22.* et *Macrobius L. II. Saturnal. c. 14.* ubi et *Persicum* vocat. Dolendum, situ et aevo multa e Glossis et Scholiis evanuisse, aut paene extrita fuisse.

II. fol. 39. p. 2. minio: *Versus Asterii qui collegit. R. S.* Quid si legas *Reliqua Sedulii?* et illud, quod de Chartulis recollectis, ut jam supra injeci dubium,

Codex

- V. 18. quam referat
 19. dum praeualet heres i. e. Jacob.
 21. uenatus crimine fratrum lege venitus.
 31. caput terrae cultoris i. e. Vituli.
 41. dum circuit hostem
 58. respuit hic mundus, i. e. antiquo obpositus.
 68. nec credunt homines
 75. Sanguine leta bibet
 91. firmavit vota priorum, i. e. antiqui. Patrum.
 96. Spes in fine piis
 98. Qui dedit, ut credant

Neque huic Elegiae Glossae defunt et scholia, atque mox ad principium adnotatur: *Paraetere grece repercussio. inde paraetericum carmen dicitur repercussum eo quod repercutiatur unus uersus ab altero. hoc est initium primi fit ultimum secundi.* Quid *Paraetere* seu potius *Paraetere*? An a *Παραγειν*, quod initium Hexametri producat, vel progrediatur ad Pentame-

fertur, non de Carmine Paschali, sed de hac Elegia intelligas? Sunt tamen, qui eam simpliciter *Asterio*, sunt, qui *Claudiano Mamerto* adscribunt, ut notat *Leyserus* *supra*. Interim in margine nostro a manu coeva legas: *Carmen de Mediatore Sedulii.* Contuli *Nostracum Bibl. PP. Lugd. T. IX. p. 464.* et sequentes lectiones praefero:

Impressa

- quam referat
 heros
 distractus, quod recens subpositum.
 capit ἀλογον
 hostis
 heu mundus
 nec cernunt
 laeta redit
 vota piorum
 in fine diis
 ut credat

tri finem? An *παρακτηρικον* formatum, ut *παρακτης*, quem *Hesychius* venaticorum canum ductorem facit? Mihi potius *Librarius* totum corrupisse videtur; cum enim Elegia haec etiam *Exhortatorium ad Fideles* inscribi reperitur, facile *Παραεισ* et *Παραειρικον* ad hunc modum depravari potuere.

III. fol. 41. p. 2. *Ymnus sancti Sedulii presbiteri.* Videlicet ille

le: *A folis ortus cardine* &c. cuius partes Sacerdotes in officio chori legimus, et XXIII. Τετρασιχα a totidem Alphabeti literis per ordinem incipiunt. Si cum *Bibl. PP. supracit.* conferatur, praeter errores typi ibidem non raros legitur in Q. *mortisque liber* pro *cunctisque liber*, in R. *cruoris torridi* pro *horridi*, in X. *quas alloquuntur angeli* pro *quas allocutus angelus*. Ut hanc literam exprimeret Autor, ad graecum *Ξηρο* i. e. *arido*, *exanimi* confugere opus habuit, nisi dicas τὸ Xero ab

imperitis Librariis ex *Xpi* deformatum fuisse, ut sit: *Xpi myrrham post sabbatum quaedam* (Mulieres) *vehebant corpori*; is enim mos *Christi* nomen exprimendi ita medio aevo invaluit, ut in Codicum Indicibus alphabeticis nomen istud plerumque non in C. sed in X. quaerendum sit.

Pag. ult. duplici columna extabant Avium, Quadrupedum et Arborum nomina Verficulis inclusa, sed enim ita detrita et evanida sunt hodie, ut non nisi vestigia legere liceat. Initium erat:

Hic uolucres celi referam sermone fidei.

Singulis imposita fuit adpellatio theotifca, et sunt, quae e fuga retrahere potui: Nifus *sparawer*, Ciconia *storch*, Picus *speth*, Pica *aglastra*, Turtur *turdiltub*, Monecula *taba*, Vultur *gir*, Aquila *arn*, Parifculus *chunich*, Herodius *witwalch*, Columba *toub*, Corvus *rab*, Cornix *chra*, Ficetula *snepb*, Perdix *rebbuon*, Fringellus *vinch*, Niticorax *nabtram*, Amarellus *aemerinch*, Milvus *wibe*, Parix *meisa*, Anser *gans*, Orix *bebara*, Sturnus *stara*, Turdela *drosel*, Turdus *prachuogel*, Merula *ambfla*, Fasianus *fafvuon*, Grus *chranich*, Pauo *phaue*, Anas *ente*, Furfarius *dorndrel*, Sparalus *baselbuon*, Attagen *birchuon*, Strucio *struz*, Passer *sperch*. Rinoceros *einborn*, Camelus (Elephas) *olbent*, Urus *urn*, Bubalus *wisintb*, Alx *elba*, Aper *eber*, Cervus *birz*, Hinnulus *hintkalpb*, Capra *geiz*, Linx *lubs*, Lupus *wolf*, Lepus *baso*, Vulpes *uoza*, Martarus

marder, Miga *berm*, Castor *piber*, Mustela *wisla*, Glis *eymus* uel *pilch*, Spirialus *eichborn*. Ficus *fichboum*, Laurus *lorboum*, Populus *albere*, Prunus *pfuomboum*, Malus *apbolter*, Cerasus *chersboum*, Abies *tanna*, Picea *foraba*, Pinus *chien*, Pirus *pirboum*, Esculus *sperboum*, Platanus *aborn*, Quercus *eich*, Fraxinus *assach*, Tilia *lintb*, Fagus *buocha*, Acer *mazolter*, Castanea *chestenboum*, Tremula (Populus) *aspa*, Taxus *iba*, Salix *salaba*.

CCXXX.

Codex membranaceus lat. Sec. R. 3177 XIV. Folior. 44. 8. caractere luculento exaratus, minioque illustratus aliud Exemplum est *Operis Paschalis Coel. Sedulii* tacito Auctoris nomine inscriptum: *Incipit Prefacio sacri operis ueteris et noui testamenti*. Ex hoc itidem Exemplo, quamvis nec ipsum men-